



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

72. Quare habitus Deo dicatarum virginu[m] non debet ludibrio exagitari
sub pœna corporalis supplicij & exilij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

ijs adferant & relinquunt, vt in pauperes & egenos, aliosque præterea pios vsus impendantur, absurdum esset, minimeq; conueniens, si episcopi in proprium lucrum prædamque eas pecunias reuocarent, aut in proprios liberos & consanguineos impenderent. Oportet enim episcopum nulla erga eos liberos, qui carne & corpore parantur affectione & studio præpeditum, omnium fidelium animos parentis charitate & beneuolentia comprehendere. His igitur de causis eos qui liberos & posteros habeant, creari episcopos prohibemus.

De coelibatu sacerdotum, & quod coniugati ad clericatum & gradus Ecclesiasticos nullo modo admittantur, videre licet plures leges & constitutiones in authent. de monachis collatione 1. tit. 5. §. Si quis autem fortè, & in authent. de sanctissimis Episcopis collat. 9. tit. 15. §. clericos autem. & in l. Eum qui probabilem, cum Glossa. c. de Episcop. & clericis atque in l. Existimamus. c. de summa Trinitate & fide Catholica. Quid facient Orientis Ecclesiæ? inquit Hieronymus, quid Aegypti & sedis Apostolicæ, quæ aut virgines clericos accipiunt, aut continent, aut si vxores haberint, mariti esse desistunt?

Imppp. Theodosius, Arcadius & Honorius in l. Mima, c. de Episcopali audientia. Habitus Deo dicatarum virginum non debet ludibrio exagitari sub pœna corporalis supplicij & exily.

C A.

CAP. LXXII.

MImē & quæ ludibrio corporis sui quæ-
stum faciunt, publicè habitu earum
virginum quæ Deo dedicate sunt, non
vtantur. In eandem sententiam Iustinianus
Imper. in authent. vltima de sanctissimis Epi- *Collat. 9. tit.*
scopis: Omnibus, inquit, generaliter in secu- *15. 5. fin.*
lari vita conuersantibus, & maximè theatra-
lia exercentibus viris ac mulieribus, nec non
ei prostantibus interdiciamus vti schemate
monachi aut monastriæ, aut ascetriæ, aut cu-
iuscunque personæ huiusmodi imitari sche-
ma: scientibus vniuersis præsumptibus aut
vt tali schemate, aut imitari, aut illudere in
quacunque Ecclesiastica disciplina, quia &
corporalia supplicia sustinebunt, & exilio tra-
dentur, prouidentibus huic rei non solum lo-
corum episcopis, & qui sub eis sunt clericis,
sed etiam militaribus ciuilibusque iudici-
bus, & quæ sub eis sunt officijs, & locorum de-
fensoribus.

Chrysof. hom. 2. in. cap. 1. epist. 2. ad Thimoth.
Grauiſſimus D. Chryſoſtomi locus contra il-
los, qui temere pastores & sacerdotes Dei con-
temnunt.

CAP. LXXIII.

HOC est malorum omnium causa, quod
reſtorum authoritas perijt, nulla illis
reuerentia habetur, nullus honor, nul-
lus metus. Qui honorat sacerdotes, Deum quo-
que honorat: qui verò sacerdotem spernit, ad
id